

quilibet brentarius et mensurator teneatur acusare quemlibet quem sciverint travasasse vinum super aliquam feciam alterius vini. ¶ Qui brentarii ire teneantur et debeant incontinenti cum brentis suis, et portare aquam, quandocunque in aliqua
 5 domo civitatis Tergesti intraverit ignis, causa extinguendi ignem predictum, sub pena quadraginta frx. pro quolibet brentario contrafatiente et vice contrafacta; et ipsis brentariis sic portantibus aquam solvatur per comune de suo labore prout iudicibus qui pro tempore erunt melius videbitur. ¶ Mensu-
 10 ratores vero salis iurare debeant pro utraque parte legaliter mensurare salem, et die mensurationis per ipsum facte quantitatem salis mensurati nomen venditoris et emptoris ac conducentis in civitatem Tergesti nuntiare et propalare collecto-
 15 ribus datiorum legaliter et bona fide, etiam pena decem sold. par. pro quolibet mensuratore contrafatiente et vice qualibet contrafacta.

Cap. LXVI. De becariis et de officio sive arte ipsorum. R. ca.

Ordinamus quod baccarii debeant et teneantur vendere car-
 20 nes bovinas pro septem par. libram, carnes porcinas pro duodecim par. libram, carnum moltoni bechi castrati capre // 102 A stirpe pro par. octo libram, carnum de becho cum coglonis, capre cum lacte fraxenche pro septem par. libram, et abinde inferius quamlibet libram supradictarum carnum vendere
 25 debeant secundum extimationem iustitiariorum factam de dictis carnibus, et carnum castratarum pro undecim par. libram; salvo quod licitum sit bechariis a festo resurrectionis Christi in antea vendere carnes grossas et minutas absque aliqua stima sine aliquo preiuditio usque per totum mensem
 30 madii. ¶ Salvo si per dominium Tergesti eis daretur ordo ad vendendum dictas carnes, qui solet dari de mense madii quinque in medio et quinque¹⁾ in fine, et nullo modo possit dari licentiam bechariis vel alicui ipsorum sive alteri persone, per potestatem vel iudices sive rectores, vendendi dictas carnes

¹⁾ Aggiunta marginale.